The Catholic
Theological Union
LIBRARY
Chicago, Ill.

LIBER IESU FILII SIRACH

SIVE

ECCLESIASTICUS

HEBRAICE.

LIBER IESU FILII SIRACH

SIVE

ECCLESIASTICUS

HEBRAICE

SECUNDUM CODICES NUPER REPERTOS VOCALIBUS
ADORNATUS ADDITA VERSIONE LATINA
CUM GLOSSARIO HEBRAICO-LATINO

EDIDIT

NORBERTUS PETERS.

The Catholic
Theological Union
LIBRARY
Chicago, Ill.

WITHDRAWN

EX LIBRIS PROVINCIAE
PRO STUDIO THEOL.
S.S. CORDIS JESU.

22V.4
P482L

FRIBURGI BRISGOVIAE.
SUMPTIBUS HERDER,
TYPOGRAPHI EDITORIS PONTIFICII.
MCMV.
VINDOBONAE, ARGENTORATI, MONACHII, S. LUDOVICI AMERICAE.

Prov. SS. Cordis Jesu, Chicago, U. S. A.

Imprimatur.

Friburgi Brisgoviae, die 3 Augusti 1904.

e. m.

† **Fridericus J. Knecht,** ep. aux.

WITHDRAWN

Omnia iura reservantur.

Typis Adolphi Holzhausen, c. ac r. aulae et universitatis typographi.

P 482 L
13133

Praefatio.

Ante duos annos librum edidi: Der jüngst wieder aufgefundene hebräische Text des Buches Ecclesiasticus, untersucht, herausgegeben, übersetzt und mit kritischen Noten versehen, Freiburg i. B. 1902. In quo libro conatus sum, fragmenta textus hebraici libri Ecclesiastici sive Iesu filii Sirach ab anno 1896 usque ad annum 1900 a S. Schechter, G. Margoliouth, E. N. Adler, M. Gaster, J. Lévi reperta ope artis criticae in integrum restituere, codices hebraicos et inter se et cum versionibus antiquis conferens variasque lectiones ponderans. Textui ita castigato et typis descripto versionem germanicam adieci, sed praetermisi textum ipsum hebraicum addere, prout re vera in manuscriptis hebraicis nobis conservatis legitur. Quod et lectores libri mei iuste vituperaverunt (conferas, quaeso, e. g. recensionem Pauli Vetter in ephemeride Theologische Quartalschrift 1903, p. 440) et ego ipse postea dolui. Quare, quod tunc praetermisi, nunc supplevi. Sed etiam haec consideratio ad novum hunc librum scribendum me commovit, quod editio accurata et commoda illius textus ipsorum codicum, quae imprimis studiosis nostris sacrae theologiae et presbyteris studiis biblicis operam dantibus usui esse possit, ex nostra parte non exstat atque editio vocalibus adornata omnino formis exscripta non est. Talis autem editio, quae supplementum esse potest bibliorum omnium

hebraicorum quae circumferuntur Ecclesiasticum non continentium, catholicis nobis eo magis necessaria est, quia in ecclesia nostra hic liber non inter libros apocryphos ponitur, sed inter canonicos numeratur secundum catalogum sessionis IV^ae^ concilii Tridentini in decreto de canonicis scripturis. Quare opinionem habeo hanc novam editionem non inutilem fore.

Codices ipsos hebraicos Ecclesiastici non vidi, sed haec editio posita est in imitatione britannica omnium fragmentorum anni 1901, quae inscripta est : Facsimiles of the fragments hitherto recovered of the book of Ecclesiasticus in Hebrew, Oxford and Cambridge 1901. His exemplaribus antea in componendo libro meo priore uti non potui nisi in corrigenda parte quadam foliorum iam typis exscriptorum, quod legens illum librum meum valde attendas, quaeso, quia editiones principes, quibus confidere tum cogebar, omnes errores suos continent, qui in editionem meam translati sunt.

Exstant autem manuscripta hebraica Ecclesiastici quattuor chartacea, quae omnia ex genizah quae vocatur synagogae Caïrensis producta sunt:

1. Codex *A*, saeculo undecimo (Sch.-Ta.) scriptus. Sex folia magnitudinis 18×11 cm. reperta sunt. Quorum quattuor possidet bibliotheca universitatis Cantabricensis, duo E. N. Adler. Charta bene conservata est, sed atramentum nunc haud raro diffluxit. Scriptus est codex litteris quadratis paululum inclinantibus ad litteras cursivas, non separatis versibus et stichis nisi signo Soph pasuq in fine versuum. Nonnumquam vocales et accentus inveniuntur. Singulae paginae duodetricenas vel undetricenas lineas habent. In margine quinque notae scriptae sunt et unum Qerê.

2. Codex *B* ex saeculo undecimo (C.-N. Lé.). Undeviginti folia magnitudinis 19×17 cm. exstant in possessione bibliothecae universitatis Cantabricensis, bibliothecae Bodleianae Oxoniensis, dominarum Lewis et Gibson. Charta praesertim in inferioribus partibus singulorum foliorum valde ex-

esa est. Praeterea atramentum complurium locorum admodum dilutum est. Etiam hic codex scriptus est litteris quadratis valde accurate praeter marginem et finem nonnullarum linearum, ubi litterae coartatae sunt et cursivae fere fiunt. Nonnumquam consonantibus vocales additae sunt perspicuitatis causa. Singulae paginae duodevicenas lineas habent, singulae lineae semper fere duos stichos spatio interiecto separatos signo Soph pasuq in fine lineae posito. In margine multae lectiones variantes maximi momenti exhibentur.

3. Codex *C* ex decimo vel undecimo saeculo (Gaster). Quattuor folia magnitudinis $14{,}3 \times 10$ cm. reperta sunt, quorum duo bibliotheca universitatis Cantabricensis, unum bibliotheca consistorii Israelitici Parisiensis, unum M. Gaster possidet. Male folia conservata sunt, partibus compluribus exesis, avulsis, desectis. In singulis paginis duodenae lineae inveniuntur. Codex continuum textum Ecclesiastici non habet, sed sententias collectas ordine libri non servato. Scriptus est litteris quadratis formae valde antiquae, non separatis versibus et stichis spatio interiecto vel initio novae lineae sicut codex *B*. Vocales et accentus nusquam habet.

4. Codex *D*, cuius aetas nondum definita est. Unum tantum folium magnitudinis $16{,}2 \times 11{,}8$ cm. in bibliotheca consistorii Israelitici Parisiensis exstat. Folium admodum infractum compluribusque locis aliquantulum exesum est necnon atramentum nonnumquam diffluxit. Scriptum est litteris rabbinicis, versibus et stichis continuo scriptis sicut codex *A* et *C*. Utraque pagina folii viginti lineas habet. Vocales et accentus praeter nonnullos locos non exstant.

Accuratius de quattuor codicibus eorumque editionibus prioribus antea disserui (Pet.[1] 1*—21*).

Quas vero partes libri Iesu Sirach singula folia quattuor manuscriptorum contineant, haec docet tabula:

Eccli.	Codex	Editores
3, 6 II b—5, 10 I.	*A* fol. 1.	Sch.-Ta. Lé. Str. Pet.[1] Kohn.
4, 23 b 30 31; 5, 4—7 9—13; 36, 24 I.	*C* fol. 1.	Sch. (J. Q R. XII). Lé. Str. Pet.[1] Kohn.
5, 10 II—7, 29 I a.	*A* fol. 2.	Sch.-Ta. Lé. Str. Pet.[1] Kohn.
6, 18 II—19 28 35; 7, 1 4 6 17 20—21 23—25.	*C* fol. 2.	Lé. Str. Pet.[1] Kohn.
7, 29 I b—10, 12 I a.	*A* fol. 3.	Ad. (J. Q. R. XII). Lé. Str. Pet.[1] Kohn.
10, 12 I b—12, 1 +.	*A* fol. 4.	Iidem.
12, 1 II—14, 11 II a.	*A* fol. 5.	Sch.-Ta. Lé. Str. Pet.[1] Kohn.
14, 11 II b—16, 26 II a.	*A* fol. 6.	Iidem.
18, 31 II b—33; 19, 1—2; 20, 5—7; 37, 19 22 24 26; 20, 13.	*C* fol. 3.	Gaster (J. Q. R. XII). Lé. Str. Pet.[1] Kohn.
20, 30—31.	*B* fol. 9 (post 41, 13).	C.-N. Sm. Schl. Schlg. Lé. Str. Pet.[1] Kohn.
25, 8 13 17—24; 26, 1—2 I.	*C* fol. 4.	Sch. (J. Q. R. XII). Lé. Str. Pet.[1] Kohn.
27, 5—6.	*A* fol. 2 (post 6, 22).	Sch.-Ta. Lé. Str. Pet.[1] Kohn.
30, 11—31, 11.	*B* fol. 1.	Sch.-Ta. Lé. Str. Pet.[1] Kohn.
31, 12—32, 1 I +.	*B* fol. 2.	Margoliouth (J. Q. R. XII). Lé. Str. Pet.[1]
32, 1 II—33, 3.	*B* fol. 3.	Sch.-Ta. Lé. Str. Pet.[1]
35, 11—36, 26.	*B* fol. 4.	Iidem.
36, 24—37, 26.	*B* fol. 5.	Margoliouth (J. Q. R. XII). Lé. Str. Pet.[1]
37, 19 22 24 26.	*C* fol. 3.	Gaster (J. Q. R. XII). Lé. Str. Pet.[1]
37, 27—38, 27 II.	*B* fol. 6.	Sch.-Ta. Lé. Str. Pet.[1]
36, 29—38, 1 I.	*D* fol. 1.	Lé. Str. Pet.[1]
39, 10.	*B* fol. 11 (in margine ad 44, 15).	C.-N. Sm. Schl. Schlg. Lé. Str. Pet.[1]
39, 15 III—40, 8.	*B* fol. 7.	Sch. (Expositor 1896). C.-N. Sm. Lé. Schl. Schlg. Str. Pet.[1]
40, 9—41, 9 I.	*B* fol. 8.	C.-N. Sm. Lé. Schl. Schlg. Str. Pet.[1]
41, 9 II—42, 11 IV.	*B* fol. 9.	Iidem.
42, 11 V—43, 17 II.	*B* fol. 10.	Iidem.
43, 17 III—44, 16.	*B* fol. 11.	Iidem.
44, 17—45, 13.	*B* fol. 12.	Iidem.
45, 14—46, 6 IV.	*B* fol. 13.	Iidem.
46, 6 V—47, 10.	*B* fol. 14.	Iidem.
47, 11—48, 12 IV.	*B* fol. 15.	Iidem.
48, 12 V—49, 11.	*B* fol. 16.	Iidem.
49, 12 III—50, 22 II.	*B* fol. 17.	Sch.-Ta. Lé. Str. Pet.[1]
50, 22 III—51, 12 IV (7).	*B* fol. 18.	Iidem.
51, 12 IV (8) usque ad finem.	*B* fol. 19.	Iidem.

Consonantes textus secundum codices accuratissime exscripsi, textum talem omnino editurus, qualem isti codices hebraici exhibent. Quare orthographiam codicum (cf. Pet.[1] 11*—21*) etiam tum retinui, cum a scribendi modo communi differt. Ubi charta manuscripti exesa est vel atramentum diffluxit, quantum fieri poterat, textum supplevi ex margine necnon versionibus antiquis. Tunc vero omnes litteras suppletas uncis ([——]) inclusi. Iisdem uncis usus sum, si textum codicum emendavi, quod vero non factum est, nisi librarii error evidens est, vel si textus traditus verti nullo modo potest. Semper autem confirmationem vocum et mutatarum et suppletarum in notis adscripsi. Locos, quos probabiliter restituere non poteram, punctis (....) signavi. Consonantes traditas, suppletas, emendatas semper vocalibus adornavi, duces eligens versiones antiquas. Praeterea Soph pasuq manuscriptorum retinui necnon Silluq et 'Athnach semper, Makkeph plerumque, Metheg saepius, 'Ole wejored et Rebhia' gadol nonnumquam posui.

Ut quam commodissimum studiosis nostris usum libri reddam, etiam versionem latinam adiunxi. Quae praeterea necessaria esse videtur, quia consuetudo sermonis Iesu filii Sirach ab illa librorum protocanonicorum admodum recedit, ut lexica usitata hebraica ad vertendum textum hebraicum nostri libri saepissime non sufficiant. Quare etiam lexicidion hebraico-latinum vocabulorum novorum in fine addidi. Ut autem fundamentum huius versionis latinae eligendam esse censui editionem nostram ecclesiasticam antiquitus usitatam, veterem versionem latinam, quae in forma editionis Sixto-Clementinae in omnium manibus est. Verba ac litteras huius versionis, si fieri poterat, semper retinui; sin necesse erat ut ab ea deflecterem, modi interpretandi, quo S. Hieronymus in libris protocanonicis Vulgatae nostrae usus est, rationem habui.

Paderbornae, Dom. 2. Quadrages. 1904.

Norbertus Peters.

Conspectus editionum textus adhibitarum.

E. N. Adler, Some missing chapters of Ben Sira (J. Q. R. XII 466 sqq. London 1900).

A. E. Cowley and Ad. Neubauer, The Original Hebrew of a portion of Ecclesiasticus (39, 145—49, 11). Oxford 1897.

Facsimiles of the fragments hitherto recovered of the book of Ecclesiasticus in Hebrew. Oxford and Cambridge 1901.

דוד כהנא (David Kohn), חכמת בן סירא השלח IX, 150 sqq., 342 sqq. Warschau 1904. Continuabitur).

M. Gaster, A new fragment of Ben Sira (J. Q. R. XII 688 sqq. London 1900).

J. Halévy, Étude sur la partie du texte hébreu de l'Ecclésiastique récemment découverte. Paris 1897.

Idem, Le nouveau fragment hébreu de l'Ecclésiastique. Paris 1899.

J. Knabenbauer, Textus Ecclesiastici Hebraeus, descriptus secundum fragmenta nuper reperta, cum notis et versione litterali latina. Invenitur in Commentario in Ecclesiasticum eiusdem auctoris p. L—LXXXIII appendicis (Parisiis 1902).

J. Lévi, L'Ecclésiastique. Première partie, Paris 1898; Deuxième partie, Paris 1901.

— Fragments de deux nouveaux manuscrits hébreux de l'Ecclésiastique (R. É. J. XL 1 sqq. Paris 1900).

— The Hebrew text of the book of Ecclesiasticus, edited with brief notes and a selected glossary. Leiden 1904 (Semitic Study Series ed. by R. J. H. Gottheil and Morris Jastrow Jr. N° III).

G. Margoliouth, The Original Hebrew of Ecclesiasticus 31, 12—31 and 36, 22—37, 26 (J. Q. R. XII 1 sqq. London 1899).

N. Peters, Der jüngst wieder aufgefundene hebräische Text des Buches Ecclesiasticus untersucht, herausgegeben, übersetzt und mit kritischen Noten versehen. Freiburg 1902.

S. Schechter, A fragment of the Original Text of Ecclesiasticus (Expositor Juli 1896, 1 sqq. London).

— Genizah Specimens. Ecclesiasticus (J. Q. R. X 197 sqq. London 1898).

— A further fragment of Ben Sira (J. Q. R. XII 456 sqq. London 1900).

S. Schechter and C. Taylor, The Wisdom of Ben Sira. Cambridge 1899.

A. Schlatter, Das neugefundene hebräische Stück des Sirach (Beitr. z. Förd. christl. Theol. I. 5/6. Gütersloh 1897).

N. Schloegl, Ecclesiasticus (39, 12—49, 16). Wien 1901.

— Das Alphabet des Siraciden (Eccli 51, 13—29) (Z. D. M. G. 1899, p. 669 sqq).

R. Smend, Das hebräische Fragment der Weisheit des Jesus Sirach. Berlin 1897. (Abh. d. Kön. Ges. d. Wiss. zu Göttingen, phil.-hist. Kl. N. F. II, 2.)

Hermann L. Strack, Die Sprüche Jesus', des Sohnes Sirachs. Der jüngst wiedergefundene hebräische Text mit Anmerkungen und Wörterbuch. Leipzig 1903.



O. F. Fritzsche, Libri apocryphi Veteris Testamenti Graece. Leipzig 1871.

R. Holmes et J. Parsons, Vetus Testamentum Graecum cum variis lectionibus IV. Oxford 1827.

E. Klostermann, Analecta 26 sqq (Kollation des cod. 253). Leipzig 1895.

P. A. de Lagarde, Libri Veteris Testamenti apocryphi Syriace. Leipzig und London 1861.

H. B. Swete, The Old Testament in Greek. II. Cambridge 1891.

B. Waltonus, Biblia Sacra polyglotta IV. London 1657.

A. M. Ceriani, Codex Syro-hexaplaris Ambrosianus photolithographice. Mailand 1874 (Monumenta sacra et profana VII).

A. Dillmann, Biblia V. T. Aethiopica V. Berlin 1894.

P. de Lagarde, Ecclesiasticus (Sahidicus). Aegyptiaca 107 sqq. Göttingen 1883.

V. Loch, Biblia Sacra Vulgatae editionis II 300 sqq. Ratisbonae 1849.

Alii libri maioris momenti.

A. Edersheim, Ecclesiasticus (The Holy Bible, Apocrypha II 1 sqq. London 1888).

O. F. Fritzsche, Die Weisheit Jesus Sirachs (Kurzgef. exeg. Handbuch z. d. Apokryphen V. Leipzig 1859).

H. Grimme, Mètres et strophes dans les fragments hébreux du manuscrit *A* de l'Ecclésiastique. Leipzig 1901.

H. Herkenne, De Veteris Latinae Ecclesiastici capitibus I—XLIII. Lipsiae 1899.

J. Knabenbauer, Commentarius in Ecclesiasticum. Parisiis 1902.

N. Peters, Die sahidisch-koptische Übersetzung des Buches Ecclesiasticus. Freiburg 1899.

V. Ryssel, Die Sprüche Jesus', des Sohnes Sirachs, in E. Kautzsch, Die Apokryphen und Pseudepigraphen des A. T. I 230 sqq. Tübingen 1900.

— Die neuen hebräischen Fragmente des Buches Jesus Sirach und ihre Herkunft (Th. St. Kr. LXXIII 363 sqq 505 sqq; LXXIV 75 sqq 269 sqq 547 sqq; LXXV 205 sqq 347 sqq. Gotha 1900, 1901 1902).

Pleniorem catalogum litterarum ad nostrum librum pertinentium prius composui (Pet.[1] VIII—XI). Cui nunc addas, quaeso, praeter libros iam supra commemoratos hasce commentationes ex eo tempore editas:

J. K. Gasser, Die Bedeutung der Sprüche Jesu Ben Sira für die Datierung des althebräischen Spruchbuches. Gütersloh 1904.

J. A. H. Hart, Sir. 48, 17 a b (J. th. St. IV 591 sqq. London 1903).

— Primitive Exegesis as a factor in the corruption of texts of Scripture, illustrated from the versions of Ben Sira (J. Q. R. XV 647 sqq. London 1903).

P. Joüon, Eccli 44, 1—15. Der Prolog zum Preis der Väter (Z. k. Th. XXVII 585 sqq. Innsbruck 1903).

— Hat Ben Sira (Eccli 49, 4) Ezechiel als Verfasser des B. Job genannt? (Z. k. Th. XXVII 583 sq. Innsbruck 1903).

J. Knabenbauer, Einiges über die neu entdeckten Stücke des B. Sirach (St. a. M. L. LXII 526 sqq. Freiburg 1902).

D. S. Margoliouth, Three notes in Ecclesiasticus (The Expository Times XIII 331 sq. Edinburgh 1903).

F. Mari, L'originale ebraico dell'Ecclesiastico recentemente scoperto (Studi Rel. 1903 I 63 sq et II 170 sq. Cf. B. Z. 1903, 333).

F. Perles, Recensio librorum Lé. et Pet.[1] (O. L. V 490 sq. Berlin 1902).

— Recensio libri Str. (O. L. VI 452 sq. Berlin 1903).

N. Peters, Ecclesiastes und Ecclesiasticus (B. Z. I 47 sqq et 129 sqq. Freiburg 1903).

A. Rosenthal, Nochmals der hebräische Sirach (M. G. W. J. XLVI 325 sqq).

— Zerstreute Bemerkungen zum hebräischen Sirach (M. G. W. J. XLVI 49 sqq).

R. Smend, Recensio librorum Herk., Pet.*, Pet.[1] (Th. L. Z. 1903, 69 sqq et 73 sqq).

Studii del Peters e del Knabenbauer sui frammenti ebraici dell'‚Ecclesiastico' (La civiltà cattolica serie XVIII, vol. IX, p. 700 sqq. Roma 1903).

C. Taylor, The Wisdom of Ben Sira (J. Q. R. XV 440 sqq et 604 sqq. London 1903).

C. Taylor and J. H. A. Hart, Two notes on Enoch in Sir. 44, 16 (J. th. St. IV 589 sqq. London 1903).

Index compendiorum.

A = codex Alexandrinus graecus.
A = codex secundus hebraicus Ecclesiastici.
Ad. = E. N. Adler.[1]
Ae. = versio aethiopica.
Ar. = versio arabica.
Arm. = versio armeniaca (secundum Ed. vel Herk.).
ℵ = codex Sinaiticus graecus.
B = codex Vaticanus graecus.
B = codex primus hebraicus Ecclesiastici.
B. St. = Biblische Studien.
B. Z. = Biblische Zeitschrift.
C = codex Ephraemi rescriptus graecus.
C = codex tertius hebraicus Ecclesiastici.
C.-N. = A. E. Cowley and A. Neubauer.
Cp. = versio sahidico-coptica.
Cpl. = editio Complutensis.
D = codex quartus hebraicus Ecclesiastici.
Ed. = A. Edersheim.
Facs. = Facsimiles anni 1901.
Fr. = O. F. Fritzsche.
Gr. = versio graeca (LXX) secundum Swete.
H = codex Augustanus secundum Fr.
Hal. = J. Halévy.
Hb. = textus hebraicus secundum *A, B, C, D,* citationes.
Herk. = H. Herkenne.
J. Q. R. = Jewish Quarterly Review.
J. th. St. = Journal of theological Studies.
Kn. = J. Knabenbauer.
Lat. = versio Latina.

[1] Titulum plenum libri videas supra. Quod etiam de reliquis nominibus huius indicis valet.

Lé. = J. Lévi.

M = M¹ = M² = } notae marginales.

M. G. W. J. = Monatsschrift für Geschichte und Wissenschaft des Judentums.

O. L. = Orientalistische Litteraturzeitung.

Pet. = N. Peters (1898).

Pet.¹ = N. Peters (1902).

R.É.J. = Revue des Études Juives.

Ry. = V. Ryssel.

Sch. = S. Schechter.

Schl. = A. Schlatter.

Schlg. = N. Schloegl.

Sch.-Ta. = S. Schechter and C. Taylor.

Sb. = versio syro-hexaplaris.

Sm. = R. Smend.

St. a. M. L. = Stimmen aus Maria Laach.

Str. = H. L. Strack.

Syr. = versio syriaca.

T = Textus hebraicus secundum *A, B, C, D,* qui est contrarius margini (M).

Ta. = C. Taylor.

Th. L. Z. = Theologische Litteraturzeitung.

Th. St. Kr. = Theologische Studien und Kritiken.

Z. A. W. = Zeitschrift für die alttestamentliche Wissenschaft.

Z. k. Th. = Zeitschrift für katholische Theologie.

23. 55. etc. = codices graeci secundum Holmes et Parsons.

\+ = addit.

\> = non habet.

— supra litteram = lectio dubia.

[——] = litterae suppletae vel emendatae.

. . . . . = locus, quem probabiliter restituere non possum.

חָכְמַת יֵשׁוּעַ בֶּן סִירָא

3, 6 I	. . . . .	. . . . .	*A.* 6 II
8 I	בְּנִי בְמַאֲמָר וּבְמַעֲשֶׂה כַּבֵּד אָבִיךָ	עֲבוּר יַשִּׂיגוּךָ כָּל־בְּרָכוֹת:	8 II
9 I	בִּרְכַּת אָב תְּיַסֵּד שֵׁרֶשׁ	וְקִלְלַת אֵם תִּנְתֹּשׁ נָטַע:	9 II
10 I	אַל תִּתְכַּבֵּד בְּקִלּוֹן אָבִיךָ	כִּי לֹא כָבוֹד הוּא לָךְ:	10 II
11 I	כְּבוֹד אִישׁ כְּבוֹד אָבִיו	וּמַרְבֶּה חֶטְא מְקַלֵּל אִמּוֹ:	11 II
12 I	בְּנִי הִתְחַזֵּק בִּכְבוֹד אָבִיךָ	וְאַל תַּעַזְבֵהוּ כָּל־יְמֵי חַיֶּיךָ:	12 II
13 I	וְגַם אִם יֶחְסַר מַדָּעוֹ עֲזוֹב לוֹ	וְאַל תַּכְלִים אוֹתוֹ כָּל־יְמֵי חַיָּיו:	13 II
14 I	צְדָקַת אָב לֹא תִמָּחֶה	וּתְמוּר חַטָּאת הִיא תִּנָּ[טֵ]עַ[2]:	14 II
15 I	בְּיוֹם צָרָה תִּזָּכֵר לָךְ	כְּחֹם עַל כְּפוֹר לְהַשְׁבִּית עֲוֹנֶיךָ:	15 II
16 I	כִּי מְזִיד בּוֹזֶה אָבִיו	וּמַכְעִים בּוֹרְאוֹ מְקַלֵּל אִמּוֹ:	16 II
17 I	בְּנִי בְעָשְׂרְךָ הִתְהַלֵּךְ בַּעֲנָוָה	וְתֶאֱהַב מְנוּתָן מַתָּנוֹת:	17 II
18 I	מַעֲט נַפְשְׁךָ מִכָּל־גְּדוֹלַת עוֹלָם	וְלִפְנֵי אֵל תִּמְצָא רַחֲמִים:	18 II
20 I	כִּי רַבִּים רַחֲמֵי אֱלֹהִים	וְלַעֲנָוִים [יִגְלֶה[3] סוֹדוֹ:	+19 II

[1] Gr. et Syr. supponunt מְעִיקַּר אָבִיו יִרְבּוּ וְנָמַל עַל אֱלֹהִים מְכַבֵּד אִמּוֹ. Cf. Pet.[1]

[2] M Gr. Syr. תנתע codicis est lapsus calami! [3] יגלה ex errore in codice bis scriptum, sed 1° linea deletum.

3, 6 I . . . . . .

6 II . . . . . qui honorat matrem suam.

8 I Fili mi, in sermone et in opere honora patrem tuum,

8 II ut superveniant tibi omnes benedictiones.

9 I Benedictio patris firmat radicem,

9 II maledictio autem matris eradicat plantam.

10 I Ne glorieris in contumelia patris tui;

10 II non enim est gloria haec tibi.

11 I Gloria hominis gloria patris sui est,

11 II et peccatum multiplicat maledicens matri suae.

12 I Fili mi, persevera in honore patris tui,

12 II neve derelinquas eum omnibus diebus vitae tuae.

13 I Atque etiam si defecerit sensus eius, veniam da ei,

13 II neve spernas eum omnibus diebus vitae illius.

14 I Eleemosyna patris non erit in oblivione,

14 II et pro peccatis haec statuetur.

15 I In die tribulationis commemorabitur tibi,

15 II sicut aestus super pruinam solvet peccata tua.

16 I Nam sceleste agit qui spernit patrem suum,

16 II et exasperat creatorem suum maledicens matri suae.

17 I Fili mi, si dives es, ambula in mansuetudine

17 II et super eum qui dat munera diligeris.

18 I Humilia te coram omnibus magnis saeculi,

18 II et coram Deo invenies misericordiam,

20 I Quoniam magna misericordia Dei,

19 II+ et mansuetis revelabit mysterium suum.

21 I	פְּלָאוֹת מִמְּךָ אַל תִּדְרוֹשׁ	וּמְכוּסֶה מִמְּךָ אַל תַּחֲקוֹר:	A. 21 II
22 I	בַּמֶּה שֶׁהָרְשֵׁיתָ הִתְבּוֹנָן	וְאֵין לְךָ עֵסֶק בְּנִסְתָּרוֹת:	22 II
23 I	וּבְיוֹתֵר מִמְּךָ אַל תַּמֵּר	כִּי רַב מִמְּךָ הָרְאֵיתָ:	23 II
24 I	כִּי רַבִּים עָשְׁתּוּנִי בְנֵי אָדָם	וְדִמְיוֹנוֹת רָעוֹת[1] מַתְעוֹת:	24 II
26 I	לֵב כָּבֵד תִּכְאַב אַחֲרִיתוֹ	וְאוֹהֵב טוֹבוֹת יִנָּהֵג בָּהֶם:	26 II
27 I	לֵב כָּבֵד יֵרֵבּוּ מַכְאֹבָיו	וּמִתְחוֹלֵל מוֹסִיף עָוֹן עַל עָוֹן:	27 II
25 I	בְּאֵין אִישׁוֹן יֶחְסַר אוֹר	וּבְאֵין דַּעַת תֶּחְסַר חָכְמָה:	25 II
28 I a	אַל תָּרוּץ לִרְפָאוֹת מַכַּת לֵץ	כִּי אֵין לָהּ רְפוּאָה	28 I
		כִּי מִנֶּטַע רַע נִטָּעוֹ:	28 II
29 I	לֵב חָכָם יָבִין מְשָׁלֵי חֲכָמִים	וְאֹזֶן מַקְשֶׁבֶת לְחָכְמָה תִּשְׂמָח:	29 II
30 I	אֵשׁ לוֹהֶטֶת יְכַבּוּ מָיִם	כֵּן צְדָקָה תְכַפֵּר חַטָּאת:	30 II
31 I	פּוֹעֵל טוֹב יִקְרָאֶנּוּ בִּדְרָכָיו	וּבְעֵת מוֹטוֹ יִמְצָא מִשְׁעָן:	31 II
4, 1 I	בְּנִי אַל תְּלַעֲנ לְחַיֵּי עָנְיָ	וְאַל תַּרְאִיב נֶפֶשׁ עָנִי וּמַר נָפֶשׁ:	1 II
2 I	[2]רוּחַ נֶפֶשׁ חֲמֵרָה אַל תָּפֹוחַ	וְאַל תִּתְעַלֵּם מִמִּרְכָּדְךָ נָפֶשׁ:	2 II
3 I	אַל [תַּחְמִיר][3] מְעֵי דָּךְ	וְקֶרֶב עָנִי אַל תַּכְאִיב:	3 I a
3 II	אַל תִּמְנַע מַתָּן מִמְּסַכְּיֵנֶךָ	וְלֹא תַּכְוֶה שְׁא[וֹ]לוֹת[4] דָּל	4 I

[1] Sic etiam *A* clare (= Gr. Syr.). [2] In רוּחַ (sic *A* clare) ־ significat mendum librarii (Pet.[1] p. 11*). Cum T explanari nequeat, aut cum Gr. verbum dele, aut cum Syr. lege רוּחַ. Etiam רוָה (*satiatus*)

21 I Mirabiliora te ne quaesieris,
21 II et absconditum a te ne scruteris.
22 I Quod tibi permissum est, cogita;
22 II non enim tibi opus est absconditis.
23 I Neve in eo quod tibi nimis multum est agas contumaciter;
23 II plus enim quam pro te ostensum est tibi.
24 I Multae enim sunt cogitationes hominum,
24 II et imaginationes malae seducunt.
26 I Cor durum, malum erit novissimum eius,
26 II et qui amat bona, in illis occupatus erit.
27 I Cor durum, multi sunt dolores eius,
27 II et obstinatus adicit peccatum ad peccatum.
25 I Ubi pupilla abest, deficit lux,
25 II et ubi scientia abest, deficit sapientia.
28 I a Ne curras ad medicamenta plagae irrisoris,
28 I nam ei sanatio non est,
28 II quia ex planta mala planta eius est.

29 I Cor sapiens intellegit parabolas sapientium,
29 II et auris attenta de sapientia gaudebit.
30 I Ignem ardentem exstinguit aqua,
30 II sic eleemosyna expiat peccatum.
31 I Qui facit bonum, occurret ei in viis eius,
31 II et in tempore casus sui inveniet firmamentum.
4, 1 I Fili mi, ne illudas vitae pauperis,
1 II neve esurire sinas animam pauperis et amari animo.
2 I Spiritum animae indigentis ne increpes,
2 II neve te abscondas a fracto animo.
3 I Ne perturbes viscera inopis,
3 I a et interiora pauperis ne afflixeris.
3 II Ne deneges datum pauperi tuo,
4 I neque despicies petitiones inopis,

---

mihi in mentem venit; cf. Jr 31, 12. [3] תחמיר (= Gr. Syr.) Sch. Lé. Kn. Str.; in Facs. ego nihil cognoscere potui, quia atramentum diffluxit. [4] Sch. שאולתו in *A* est lapsus calami.

5 II	וְלֹא תִתֵּן לוֹ מָקוֹם לְקַלְלֶךָּ׃		
6 I	צוֹעֵק מַר רוּחַ בְּכֹאֵב נַפְשׁוֹ	וּבְקוֹל צַעֲקָתוֹ יִשְׁמַע צוּרוֹ׃	6 II *A.*
7 I	הַאָהֵב לְנַפְשְׁךָ לְעֻדָּה	וּלְשִׁלְטוֹן עוֹד הַכֵּאֵף רֹאשׁ׃	7 II
8 I	חַט לְעָנִי אָזְנֶךָ	וַהֲשִׁיבֵהוּ שָׁלוֹם בַּעֲנָוָה׃	8 II
9 I	הוֹשַׁע מוֹצָק מִמְּצִיקֶיו	וְאַל תָּקוּץ רוּחֲךָ מִמִּשְׁפַּט יְשָׁר׃	9 II
10 I	הֱיֵה כְּאָב לִיתוֹמִים	וּתְמוֹר בַּעַל לְאַלְמָנוֹת׃	10 II
10 III	וְאֵל יִקָּרֵאךָ בֵּן	וְיָחֹנְךָ וְיַצִּילְךָ מִשָּׁחַת׃	10 IV
11 I	חָכְמוֹת לִמְּדָה בָּנֶיהָ	וְתָעִיד לְכָל־מְבִינִים בָּהּ׃	11 II
12 I	אֹהֲבֶיהָ אָהֲבוּ חַיִּים	וּמְבַקְשֶׁיהָ יַפִּיקוּ רָצוֹן מִ[יְהוָה][1]׃	12 II
13 I	וְתֹמְכֶיהָ יִמְצְאוּ כָבוֹד מִ[יְהוָה][1]	וַיְחָנוּ בִּבְרָכַת [יְהוָה][2]׃	13 II
14 I	מְשָׁרְתֶי קֹדֶשׁ מְשָׁרְתֶיהָ	וֵאלֹהִ[ים] בְּ[ית] מ[וֹשָׁבָהּ] אָ[הֵב][3]׃	14 II
15 I	שֹׁמֵעַ לִי יִשְׁפֹּט אֱמֶת	וּמַאֲזִין לִי יִחַן בַּחֲדָרֵי מִבְחָן׃	15 II
17 I	כִּי בְהִתָּנַבֵּר אֵלֶיךָ עִמּוֹ	וּלְפָנִים יִבְחָנְךָ בְּנִסְיוֹנוֹת׃	17 III
17 IV	וְעַד עֵת יְמַלֵּא לִבּוֹ בְּיָ	אָשׁוּב אֲאַשְּׁרֶנּוּ וְגָלִיתִי לוֹ מִסְתָּרָי׃	18
19 I	אִם יָסוּר וְנִטְ[ּ]תֶיהוּ[4]	וְיִסַּרְתִּיהוּ בַּאֲסוּרִים׃	19 I a
19 I b	אִם יָסוּר מֵאַחֲרַי אַשְׁלִיכֶנּוּ	וְאַסְגִּירֶנּוּ לַשְּׁדֵדִים׃	19 II

---

[1] ‘ה T. [2] ‘ה scriptum. [3] *A* exhibet ואלהו במא ויהא, quod verti nequit. Conicio hanc lectionem ex scriptione compendiosa non intellecta

5 II neque dabis ei locum tibi maledicendi.

6 I Clamat amarus spiritu in dolore animae eius,
6 II et vocem clamoris eius exaudiet Petra eius.
7 I Amatum te facito congregationi,
7 II et magnato magis humilia caput.
8 I Inclina pauperi aurem tuam,
8 II et redde ei salutationem in comitate.
9 I Libera vexatum a vexatoribus eius,
9 II neve acide ferat spiritus tuus iudicium rectum.
10 I Esto ut pater pupillis,
10 II et pro viro viduis.
10 III Et Deus vocabit te filium,
10 IV et miserebitur tui et liberabit te de fovea.

11 I Sapientia docet filios suos
11 II et monet omnes, qui attendunt ad eam.
12 I Qui illam diligunt, diligunt vitam,
12 II et inquirentes eam complectentur gratiam a Jahve.
13 I Et qui tenuerint eam, invenient honorem a Jahve,
13 II et habitabunt in benedictione Jahve.
14 I Serviunt sancto qui serviunt ei,
14 II et Deus domum habitationis eius diligit.
15 I Qui audit me, iudicabit recte,
15 II et qui attendit ad me, habitabit in cubiculis meis intimis.
17 I Quoniam in simulatione ambulabo cum eo,
17 III et in primis probabit (sc. Deus) eum in tentationibus,
17 IV Usque dum cor eius me impletum est,
18 redibo, dirigam eum et denudabo ei absconsa mea.
19 I Si aberraverit, inclinabo eum
19 I a et castigabo eum vinculis.
19 I b Si aberraverit a me, proiciam eum
19 II et tradam eum vastatoribus.

---

ortam esse, unde textum restituo secundum Syr. = ואלהי ב' מ' א'; ויהא compendiose lectionem Gr. continere puto (ויה' א' = ויהוה אהב pro אלהים אהב).
4 ונטותיהו erronee scriptum in T.

20 I	בְּנִי עֵת הָמוֹן שְׁמֹר וּפְחַד מֵרָע	וְאֶל נַפְשְׁךָ אַל תֵּבוּשׁ:	20 II *A.*
21 I	כִּי יֵשׁ בּ֫שֶׁת[1] מַשֵּׂאת עָוֹן	וְיֵשׁ בּשֶׁת כָּבוֹד וָחֵן:	21 II
22 I	אַל תִּשָּׂא פָנֶיךָ עַל נַפְשֶׁךָ	וְאַל תִּכָּשֵׁל לְמִכְשׁוֹלֶיךָ:	22 II
23 I	אַל תִּמְנַע דָּבָר בְּעוֹלָם	אַל תַּצְפִּין[2] אֶת־חָכְמָתֶךָ:	23 II
24 I	כִּי בְאוֹמֶר נוֹדַעַת חָכְמָה	וּתְבוּנָה בְּמַעֲנֵה לָשׁוֹן:	24 II
25 I	אַל תִּסָּרֵב עִם הָאֵל	וְאֶל־אֱלֹהִים הִיכָּנֵעַ:	25 II
26 I	אַל תֵּבוּשׁ לָשׁוּב מֵעָוֹן	וְאַל תַּעֲמוֹד לִפְנֵי שִׁבְלֶת:	26 II
27 I	אַל תַּצַע לְנָבָל נַפְשֶׁךָ	וְאַל תְּמָאֵן לִפְנֵי מוֹשְׁלִים:	27 II
27 III	אַל תֵּשֵׁב עִם שׁוֹפֵט עָוֶל	כִּי כַאֲשֶׁר כִּרְצוֹנוֹ תִּשְׁפֹּט עַמּוֹ:	27 IV
28 I	עַד הַמָּוֶת הֵיעָצֵה עַל הַצֶּדֶק	וְ[יַהְוֶה][3] נִלְחַם לָךְ:	28 II
28 III	אַל תִּקְרֵא בַעַל שְׂתָיִם	וְ[עַל][4] לְשׁוֹנְךָ אַל תְּרַגֵּל:	28 IV
29 I	אַל תְּהִי נַבְהָן בִּלְשׁוֹנֶךָ	וְרָפֵי וְרָשִׁישׁ בְּמַלְאַכְתֶּךָ:	29 II
30 I	אַל תְּהִי כְּבֶלֶב[5] בְּבֵיתֶךָ	וּמְוֻוָּר[6] וּמִתְיָרֵא[7] בְּמַלְאַכְתֶּךָ[8]:	30 II
31 I	אַל תְּהִי יָדְךָ פְּתוּחָה[9] לָקַחַת[10]	וּקְפוּצָה בְּתוֹךְ מַתָּן[11]:	31 II
5, 1 I	אַל תִּשָּׁעֵן עַל חֵילֶךָ	וְאַל תֹּאמַר יֵשׁ לְאֵל יָדִי:	1 II
1 III	אַל תִּשָּׁעֵן עַל כֹּחֶךָ	לָלֶכֶת אַחַר תַּאֲוֹת נַפְשֶׁךָ:	1 IV

---

[1] Librarius בשאת scripserat, sed vocalibus additis vocis בּשֶׁת significat mendum; punctum supra א (Sch. Lé. Kn.) Facs. non habet. [2] תקפוץ *C.*

20 I Fili mi, tempus commotionis observa et time malum,
20 II et pro anima tua ne confundaris.
21 I Est enim confusio adducens peccatum,
21 II et est confusio adducens gloriam et gratiam.
22 I Ne accipias faciem tuam adversus animam tuam,
22 II neve scandalizeris ad scandala tibi.
23 I Ne retineas verbum in perpetuum,
23 II ne abscondas sapientiam tuam.
24 I In verbo enim dignoscitur sapientia
24 II et intellectus in responsione linguae.
25 I Ne litiges cum Deo,
25 II et adversus numen te succumbe.
26 I Ne confundaris reverti a peccato,
26 II neve te sistas contra torrentem.
27 I Ne stulto te subiicias,
27 II neve recuses coram potentibus.
27 III Ne sedeas cum iudice iniquo,
27 IV quia, sicut secundum placitum eius est, iudicabis cum eo.
28 I Usque ad mortem certa pro iustitia,
28 II et Jahve expugnabit pro te.
28 III Ne appelleris susurro
28 IV neve in lingua tua calumnieris.
29 I Noli citatus esse in lingua tua
29 II et languidus et remissus in opere tuo.
30 I Noli esse sicut leo in domo tua
30 II et alienatus et terribilis in opere tuo.
31 I Ne sit manus tua porrecta ad accipiendum
31 II et collecta in medio donorum.
5, 1 I Ne innitaris in divitiis tuis,
1 II et ne dixeris: In manu mea est.
1 III Ne innitaris in robore tuo
1 IV ad eundum post concupiscentiam animae tuae.

---

3 ו T. 4 ואל T ex errore librarii; cf. ובלשונך 5,14. 5 כאריה C. 6 > C.
7 ומתחזו C. 8 בעבודתך C. 9 מושטת C. 10 לשאת C. 11 ובעת השב קדודה C

2 I	אַל תֵּלֵךְ אַחֲרֵי לִבְּךָ וְעֵינֶיךָ	לָלֶכֶת בַּחֲמוּדוֹת רָעָה׃	*A.* 2 II
3 I	אַל תֹּאמַר מִי יוּבַל כֹּחֲ[ךָ][1]	כִּי [יַהֲוֶה][2] מְבַקֵּשׁ נִרְדָּפִים׃	3 II
4 I	אַל תֹּאמַר חָטָאתִי וּמָה יֵּעָשֶׂה לִי	[מְאוּמָה][3] כִּי אֵל[4] אֶרֶךְ אַפַּיִם הוּא׃	4 II
4 III	אַל תֹּאמַר רַחוּם [יַהֲוֶה][2]	וְכֹל עֲוֹנוֹתַי יִמְחֶה׃	4 IV
5 I	[עַ]ל[6] סְלִיחָה אַל תִּבְטָח	לְהוֹסִיף עָוֹן עַל עָוֹן׃	5 II
6 I	וְאָמַרְתָּ רַחֲמָיו רַבִּים[7]	לִרְוֹב עֲוֹנוֹתַי[8] יִסְלָח׃	6 II
6 III	כִּי רַחֲמִים וְאַף עַ[מּ]וֹ	וְ[עַ]ל[9] רְשָׁעִים יָנוּחַ[10] רָגְזוֹ׃	6 IV
7 I	אַל תְּאַחֵר לָשׁוּב אֵלָיו	וְאַל תְּתַעַבֵּר מִיּוֹם אֶל־יוֹם[11]׃	7 II
7 III	כִּי פִתְאוֹם יֵצֵא וַעֲמָו	וּבְיוֹם[12] נָקָם תִּסָּפֶה׃	7 IV
8 I	אַל תִּבְטַח עַל נִכְסֵי שֶׁקֶר	כִּי לֹא יוֹעִילוּ בְיוֹם עֶבְרָה׃	8 II
9 I	אַל תְּהִיֶה[13] זוֹרֶה לְכָל־רוּחַ	וּפוֹנֶה דַּרְכְּךָ שְׁבוֹלֶת[14]׃	9 II
10 I	הֱיֵה סָמוּךְ עַל דַּעְתֶּךָ[15]	וְאֶחָד[16] יִהְיוּ[17] דְּבָרֶךָ[18]׃	10 II
11 I	הֱיֵה מְמַהֵר לְהַאֲזִין[19]	וּבְאֶרֶךְ רוּחַ הָשֵׁב פִּתְגָּם[20]׃	11 II
12 I	אִם יֵשׁ אִתְּךָ עֲנֵה רֵעֶךָ[21]	וְאִם אַיִן[22] יָדְךָ עַל פִּיךָ׃	12 II
13 I	כָּבוֹד וְקָלוֹן בְּיַד[23] בּוֹטֵא[24]	וּלְשׁוֹן אָדָם מַפָּלָתוֹ[25]׃	13 II

---

[1] Syr. כחו *A* contextus non admittit. [2] יי *A*. [3] > מאומה *C*. [4] יהוה *C* (יי). (= v. 3 II). [5] St. III—IV > *C*. [6] R. Nissim (Sch.). אל *A* initium versuum praecedentium attulit. [7] רבים רחמיו *C*. [8] עוונותי *C*. [9] *C*. ואל *A* est lapsus calami. [10] יניח *C*. [11] ליום *C*. [12] ובעת *C*.

2 I Ne sequaris cor tuum et oculos tuos
2 II ad eundum in desideriis malis.
3 I Ne dixeris: Quis ferre potest robur meum?
3 II Jahve enim vindicat vexatos.
4 I Ne dixeris: Peccavi, et quid minimum mihi accidit?
4 II Jahve enim patiens est.
4 III Ne dicas: Misericors est Jahve,
4 IV et omnia peccata mea delebit.
5 I De remissione noli confidere
5 II adiciendo peccatum super peccatum,
6 I Et dicendo: Miseratio eius magna est,
6 II multitudinis peccatorum meorum miserebitur.
6 III Misericordia enim et ira cum illo,
6 IV et super peccatoribus quiescit ira illius.
7 I Ne tardes converti ad eum,
7 II et ne differas de die in diem.
7 III Subito enim veniet ira illius,
7 IV et in die vindictae abripieris.
8 I Ne confidas divitiis vanis;
8 II non enim proderunt in die irae.
9 I Ne sis ventilans in omnem ventum
9 II et te vertens ad viam torrentis.
10 I Esto firmus in scientia tua,
10 II et unum sit verbum tuum.
11 I Esto celer ad audiendum,
11 II et in tarditate spiritus proferas responsum.
12 I Si tecum est aliquid, responde proximo tuo,
12 II sin autem, sit manus tua super os tuum.
13 I Gloria et ignominia in manu loquacis,
13 II et lingua hominis subversio est ipsius.

---

[12] תחי *C*. [14] ואל תלך לכל שביל *C*. [15] דברך *C*. [16] Etiam *C* אחד habet; ד sicut saepe ר simile scriptum est. [17] יהיה *C*. [18] דבריך *C*. [19] היה נכון בשמועה טובה *C*. [20] ובארך ענה חעגה נכונה *C*. [21] ריעך *C*. [22] + שים *C*. [23] ביוד scriptum in *A*; ביד *C*. [24] בוטה *C*. [25] מפליטו *C*.

14 I	אַל תִּקְרֵא בַעַל שְׁתָּיִם	וּבִלְשׁוֹנְךָ אַל תְּרַגֵּל רֵעַ:	*A.* 14 II
14 III	כִּי עַל גַּנָּב נִבְרְאָה בֻּשֶׁת	חֶרְפָּה רָעָה[] [עַל][1] בַּעַל שְׁתָּיִם[2]:	14 IV
15	מְעַט וְהַרְבֵּה אַל תַּשְׁחֵת	וְתַחַת אוֹהֵב אַל תְּהִי שׂוֹנֵא:	6, 1 I
1 II	שֵׁם רַע וְקָלוֹן תּוֹרִישׁ חֶרְפָּה	כֵּן אִישׁ רַע בַּעַל שְׁתָּיִם:	1 III
2 I	אַל תִּפּוֹל בְּיַד נַפְשֶׁךָ	וּתְעַבְּה חֵילְךָ עָלֶיךָ:	2 II
3 I	עָלֶיךָ תֹּאכַל וּפֵרֶיךָ תְּשָׁרֵשׁ	וְהִנִּיחַתְךָ כְּעֵץ יָבֵשׁ:	3 II
4 I	כִּי נֶפֶשׁ עַוָּה תַּשְׁחִית בְּעָלֶיהָ	וְשִׂמְחַת שׂוֹנֵא תַּשְׂוֵם:	4 II
5 I	חֵיךְ עָרֵב יַרְבֶּה אוֹהֵב	וְשִׁפְתֵי חֵן שׂוֹאֲלוּ שָׁלוֹם:	5 II
6 I	אַנְשֵׁי שְׁלוֹמְךָ יִהְיוּ רַבִּים	וּבַעַל סוֹדְךָ אֶחָד מֵאָלֶף:	6 II
7 I	קָנִיתָ אוֹהֵב בְּנִיסָּיוֹן[3] קְנֵהוּ	וְאַל תְּמַהֵר לִבְטֹחַ עָלָיו:	7 II
8 I	כִּי יֵשׁ אוֹהֵב כְּפִי עֵת	וְאַל יַעֲמוֹד בְּיוֹם צָרָה:	8 II
9 I	יֵשׁ אוֹהֵב נֶהְפָּךְ לְשׂוֹנֵא	וְאֶת־רִיב חֶרְפָּתְךָ יֶחְשׂוֹף:	9 II
10 I	יֵשׁ אוֹהֵב חַבַר שֻׁלְחָן	וְלֹא יִמְצֵא בְיוֹם רָעָה:	10 II
11 I	בְּטוּבָתְךָ הוּא כָמוֹךָ	וּבְרָעָתְךָ יִתְנַדֶּה מִמֶּךָ:	11 II
12 I	אִם תַּשִּׂיגְךָ רָעָה יַהֲפֹךְ בָּךְ	וּמִפָּנֶיךָ יִסָּתֵר:	12 II
13 I	מִשְׂנְאֶיךָ הִבָּדֵל	וּמֵאֹהֲבֶיךָ הִשָּׁמֵר:	13 II
14 I	אוֹהֵב אֱמוּנָה אוֹהֵב תְּקוֹף	וּמוֹצְאוֹ מָצָא חֵן:	14 II

[1] Gr. Syr. על ante בעל facile omitti poterat; de ו vocis רעהו videas Pet.[1] חרפה רעהו ב׳ ש׳ codicis verti nequit. [2] St. I—II in codice *A* etiam post 4, 28 invenitur. [3] Sic codex secundum Facs. habet, non בניסון

14 I Ne appelleris susurro,
14 II et lingua tua ne calumnieris.
14 III Super furem enim creata est confusio,
14 IV denotatio pessima super bilinguem.
15 In pusillo et magno ne perverse agas,
6, 1 I et pro amico noli fieri inimicus.
1 II Famam malam et ignominiam hereditabit maledica,
1 III similiter vir malus, susurro.
2 I Ne cadas in potestatem animae tuae,
2 II ut tumescere faciat robur tuum super te,
3 I Folia tua comedat et fructus tuos perdat,
3 II et te relinquat velut lignum aridum.
4 I Anima enim nequam disperdet, qui eam habent,
4 II et gaudium inimici continget illos.
5 I Verbum dulce multiplicat amicos,
5 II et labiis gratiosis salus dicitur.
6 I Viri pacis tuae sint multi,
6 II et consiliarius tuus sit unus de mille.
7 I Possedisti amicum, in tentatione posside eum,
7 II et ne facile credas ei.
8 I Est enim amicus secundum tempus
8 II et non permanebit in die tribulationis.
9 I Est amicus, qui convertitur in inimicum,
9 II et rixam convicii tui denudabit.
10 I Est amicus socius mensae,
10 II et non invenietur in die calamitatis.
11 I In felicitate tua est sicut tu,
11 II et in calamitate tua fugiet a te.
12 I Si calamitas tetigerit te, vertet se contra te,
12 II et a facie tua abscondet se.
13 I Ab inimicis tuis separare,
13 II et ab amicis tuis attende.
14 I Amicus fidelis, amicus fortis,
14 II qui autem invenit illum, invenit divitias.

(Sch. Lé. Kn. Str.). 4 אֹ 1ª manu (?); nunc ו supra ה scriptum est.

15 I	לְאוֹהֵב אֱמוּנָה אֵין מְחֵיר	וְאֵין מִשְׁקָל לְטוֹבָתוֹ׃	*A.* 15 II
16 I	צְרוֹר חַיִּים אוֹהֵב אֱמוּנָה	יִרְאֶ֫[נּוּ][1] אֶל יַשִּׂגֵם׃	16 II
17 II	כִּי כָמוֹהוּ בֶּן רֵעֵהוּ	וְכִשְׁמוֹ בֶּן מַעֲשָׂיו׃	17 II a
18 I	. . . . .	תַּשֹּׂג חָכְמָה[2]׃	18 II
19 I	כַּחֹרֵשׁ וְכַקּוֹצֵר קָרֵב אֵלֶיהָ	וְקָוֵה לְרֹב[3] תְּבוּאָתָהּ׃	*C.* 19 II
19 III	כִּי בַעֲבָדָתָהּ מְעַט תַּעֲבֹד	וּלְמַהֵר תֹּאכַל פְּרִיָהּ׃	*A.* 19 IV
20 I	עֲקֻבָּה הִיא לָאֱוִיל	וְלֹא יְכַלְכְּלֶנָּה חֲסַר לֵב׃	20 II
21 I	בְּאֶבֶן מַשָּׂא תִּהְיֶה עָלָיו	וְלֹא יְאַחֵר לְהַשְׁלִיכָהּ׃	21 II
22 I	כִּי הַמּוּסָר כִּשְׁמָהּ כֵּן הוּא	וְלֹא לְרַבִּים הִיא נְכוֹחָה[4]׃	22 II
22 II a	כְּלִי יוֹצֵר לְבָעֵר כִּבְשָׁן	וְכָמֹהוּ אִישׁ עַל חֶשְׁבּוֹנוֹ׃	22 II b
22 II c	עַל עֲבֹרַת עֵץ יְהִי פֶּרִי	כֵּן חֶשְׁבּוֹן עַל יֹצֵר אֶחָד[5]׃	22 II d
25 I	הַט שִׁכְמְךָ וְשָׂאֵהוּ	וְאַל תָּקֹץ בְּתַחְבּוּלֹתֶיהָ׃	25 II
27 I	דְּרֹשׁ וַחֲקֹר בַּקֵּשׁ וּמְצָא	וְהֶחֱזַקְתָּהּ וְאַל תַּרְפֶּהָ׃	27 II
28 I	כִּי לְאָחוֹר תִּמְצָא מְנוּחָתָהּ	וְתֶהָפְכֶ֫[נָּה][6] לְךָ לְתַעֲנוּג׃	28 II
29 I	וְהָיְתָה לְךָ רִשְׁתָּהּ מִכּוֹן עֹז	וַחֲבִלָתָהּ בִּגְדֵי כָתֶם׃	29 II
30 I	עֶלִי זָהָב עוּלָּהּ	וּמוֹסְרוֹתֶיהָ פְּתִיל תְּכֵלֶת׃	30 II

---

[1] Quod contextus (ישיגם) postulat et Gr. habet; יראו *A*. [2] > v. 18 *A*; *C* fol. 2 incipit a v. 18 II b. Secundum Gr. et Syr. Pet.[1] textum sic supplevit: בְּנִי מִנְּעוּרֶיךָ קַבֵּל מוּסָר וְעַד שֵׂיבָה תַּשִּׂיג חָכְמָה׃ [3] לרוב *C*. [4] Codex

15 I Amico fideli non est pretium,
15 II et non est ponderatio bonitatis eius.
16 I Saccus vitae amicus fidelis,
16 II qui metuunt Deum, inveniet illos.
17 II Quoniam sicut ipse ita erit amicus illius,
17 IIa et sicut nomen eius, ita opera eius.
18 I . . . . . .
18 I . . . . . invenies sapientiam.
19 I Quasi is, qui arat et seminat, accede ad eam,
19 II et sustine magnum proventum illius.
19 III In opere enim ipsius exiguum laborabis,
19 IV et cito edes fructum illius.
20 I Aspera est indocto,
20 II et non permanebit in illa excors.
21 I Quasi lapis onerans erit in illo,
21 II et non demorabitur proicere illam.
22 I Disciplina enim secundum nomen est eius,
22 II et non est multis directa.
22 IIa Vas figuli urendum est in fornace,
22 IIb et sicut illud homo in cogitatione sua.
22 IIc Secundum culturam ligni erit fructus,
22 IId sic cogitatio secundum animum alicuius.
25 I Inclina humerum tuum, et porta illam,
25 II et ne acedieris gubernatione eius.
27 I Quaere et investiga, pete, et invenies,
27 II et apprehende eam neve derelinquas eam.
28 I In novissimis enim invenies requiem eius,
28 II et convertetur tibi in oblectationem.
29 I Et erunt tibi compedes eius in arcem fortitudinis,
29 II et vinculum illius in stolas gloriae.
30 I Axis aureus iugum eius,
30 II et vincula illius funiculus purpureus.

---

habet נִכְוָחָה, significaturus נוֹכָחָה (part. f. ni. radicis יכח). [5] St. II a—d = 27, 5—6. [6] *C.* ונהפך *A*

31 I	בִּגְדֵי כָבוֹד תִּלְבָּשֶׁנָּה	וַעֲטֶרֶת תִּפְאֶרֶת תְּעַטְּרֶנָּה:	*A.* 31 II
32 I	אִם תַּחְפּוֹץ בְּנִי תִּתְחַכָּם	וְאִם תְּשַׁוֶּה לִבְּךָ תַּעֲרֹם:	32 II
33 I	אִם תּוֹבֵא לִשְׁמֹעַ[1]	וְהַט אָזְנְךָ תְּוָסֵר:	33 II
35 I	כָּל־שִׂיחָה חֲפוֹץ לִשְׁמֹעַ	וּמְשַׁל בִּינָה אַל יֵצֵאֶךָּ:	35 II
36 I	רְאֵה מ[ה][2] יָבִין וְשַׁחֲרֵיהוּ	וְתִשְׁחוֹק בְּסִיפֵי רַגְלֶךָ:	36 II
37 I	וְהִתְבּוֹנַנְתָּ בְּיִרְאַת עֶלְיוֹן	וּבְמִצְוֹתָו תֵּהֶגֶה תָּמִיד:	37 II
37 III	וְהוּא יָבִין לִבֶּךָ	וַאֲשֶׁר אִוִּיתָה יְחַכְּמֶךָ:	37 IV
7, 1	אַל תַּעַשׂ לְךָ[3] רַע[4] [רָעָ][5] וְאַל יַשִּׂיגֶךָּ	הַרְחֵק מֵעָוֹן וְיֵט מִמֶּךָּ:	2
3 I	אַל תֵּרַע חֲדִישִׁי עַל אָח	פֶּן תִּקְצֶרְהוּ שִׁבְעָתָיִם:	3 II
4 I	אַל תְּבַקֵּשׁ מֵאֵל מֶמְשָׁלֶת	וְכֵן מֶמֶלֶךְ[6] מוֹשַׁב כָּבוֹד:	4 II
5 I	אַל תִּצְטַדַּק לִפְנֵי מֶלֶךְ	וּפְנֵי מֶלֶךְ אַל תִּתְבּוֹנָן:	5 II
6 I	אַל תְּבַקֵּשׁ לֶהֱיוֹת מוֹשֵׁל	אִם אֵין לְךָ חַיִל לְהַשְׁבִּית זָרוֹן:	6 II
6 III	פֶּן־תָּגוּר מִפְּנֵי נָדִיב	וְנָתַ[תָּ]ה[7] בָצַע בִּתְמִימֶיךָ:	6 IV
7 I	אַל תִּרְשַׁיְּעֵךְ בַּעֲדַת שַׁעֲרֵי אֵל	וְאַל תַּפִּילֵךְ בִּקְהָלָה:	7 II
8 I	אַל תִּקְשׁוֹר לִשְׁנוֹת חַטָּ[את][8]	כִּי בְאַחַת לֹא תִנָּקֶה:	8 II
15 I	אַל תָּאִיץ בִּצְבָא מִלְאֶכֶת עֲבֹדָה	הִי[9] [מֵ]אֵל[10] נֶחֱלָקָה:	15 II

[1] לשמוע *C.* [2] מי postulat contextus, v. 34 Gr. (τὰς σοφός) necnon Gr. et Syr. מה (*A*) ראה antecedens adduxit. [3] לך > *C* Gr. Syr. [4] *C.* רעה *A.* [5] *C.* רעה *A* contempto masculino praecedentis ישיגך. [6] כמלך *C.* [7] *A* mendose ונתונה. [8] *A* compendiose חט; חטאת postulat fem. st. II, si pluralis Gr. et Syr. memores sumus, qui חטאה excludit. [9] היא = הי (cf. הוא = הו

31 I Stolas honoris indues eam,
31 II et coronam gloriae superpones illam.
32 I Si appetis, fili mi, sapiens fies,
32 II et si accommodaveris animum tuum, prudens eris.
33 I Si vis audire,
33 II inclina aurem tuam: erudieris.
35 I Omnem narrationem dilige audire,
35 II et proverbium intellectus non effugiat a te.
36 I Vide, quis sensatus sit, et quaere eum,
36 II et limina mea exterat pes tuus.
37 I Et cogitatum tuum habe in timore Altissimi
37 II et in mandatis illius, et meditaberis assidue.
37 III Et ipse reddet intellegens cor tuum,
37 IV et, quod concupiscis, faciet te sapientem.
7, 1 Noli tibi facere malum, et non te apprehendet malum;
2 discede ab iniquitate, et deficiet abs te.
3 I Noli captare novissima adversus fratrem,
3 II ne id metas septuplum.
4 I Noli quaerere a Deo ducatum,
4 II neque a rege cathedram honoris.
5 I Non te justifices ante regem,
5 II et penes regem noli videri sapiens.
6 I Noli quaerere fieri judex,
6 II nisi valeas virtute irrumpere insolentiam,
6 III Ne forte extimescas faciem potentis,
6 IV et afferas detrimentum aequitati tuae.
7 I Ne te in culpa ponas in concilio in portis Dei,
7 II nec te subvertas in congregatione.
8 I Ne constituas duplicare peccatum,
8 II nec enim in uno eris immunis.
15 I Ne aegreferas molestiam operis rusticationis
15 II ipsa a Deo assignata est.

15, 19; 32 [35], 3 in marg.; Jer. 29, 23 כ׳). 10 באל *A* mendose; (עליון) מ Gr.

10 I	אַל תְּתַקַּצֵּר בִּתְפִלָּה	וּכְצִדָקָה אַל תִּתְעַבָּר:	*A.* 10 II
11 I	אַל תָּבֻז לֶאֱנוֹשׁ בְּמַר רֽוּחַ	זְכֹר כִּי יֵשׁ מֵרִים וּמַשְׁפִּיל	11 II
12 I	אַל תַּחֲרוֹשׁ חָמָס עַל אָח	וְכֵן עַל רֵעַ וְחָבֵר יַחְדָּו:	12 II
13 I	אַל תַּחְפֹּץ לְכַחֵשׁ עַל בָּחַשׁ	כִּי תִקְוָתוֹ לֹא תְנַעֵם:	13 II
14 I	אַל תְּסַוֵּד בְּעֲרַת שָׂרִים	וְאַל תִּישֵׁן דָּבָר בִּתְפִלָּה:	14 II
16 I	אַל תַּחְשֻׁבְךָ[1] בִּמְתֵי עָם	זְכוֹר ע[בָ]רון[2] לֹא יִתְעַבָּר:	16 II
17 I	מְאֹד מְאֹד הַשְׁפֵּל[3] גַּאֲוָה	כִּי תִקְוַת אֱנוֹשׁ רִמָּה[4]:	17 II
17 II a	אַל תָּאֵץ לֵאמֹר לְפֶרֶץ	גַּל אֶל אֵל וּרְצֵה דַרְכּוֹ:	17 II b
18 I	אַל תָּמֵר אוֹהֵב בְּמֵחִיר	וְאָח תָּלוּי בְּזָהָב אוֹפִיר:	18 II
19 I	אַל תִּמְאַס אִשָּׁה מַשְׂכֶּלֶת	וְטוֹבַת חֵן מִפְּנִינִים:	19 II
20 I	אַל תָּ[ר]ַע[5] [עֶבֶד][6] עוֹבֵד אֱמֶת	וְכֵן שָׂכ[י]ר[7] נוֹתֵן נַפְשׁוֹ:	20 II
21 I	עֶבֶד מַשְׂכִּיל חָבֹב[8] כְּנֶפֶשׁ	[אַ]ל תִּמְנַע מִמֶּנּוּ חָפֶשׁ:	21 II
22 I	בְּהֵמָה לְךָ רְאֵה עֵינֶךָ	וְאִם אוּמָנָה הִיא הַעֲמִידָהּ:	22 II
23 I	בָּנִים לְךָ יַסִּיר[9] אוֹתָם	וְשָׂא לָהֶם נָשִׁים בִּנְעוּרֵיהֶם:	23 II
24 I	בָּנוֹת[10] לְךָ נְצוֹר שְׁאֵרָם	וְאַל תָּאֵר[11] אֲלֵהֶם[12] פָּנִים:	24 II
25 I	הוֹצֵא[13] בַּת וְיֵצֵא עֶסֶק	וְאֶל[גֶּ]בֶר נָבוֹן[14] חַבְּרָהּ:[15]	25 II

[1] Sic codex (non תחשיבך). De ו apud Qameṣ-chaṭuph cf. Pet.[1] 11* infra. [2] Gr. Syr. עכרון *A.* [3] השפל *C.* [4] לרמה *C*; cf. לפרץ et vide H. Grimme, Psalmenprobleme (Freiburg 1902) 28 sq et O. L. 1902, 383. [5] *C* Gr. Syr. תדע *A.* [6] *C* Gr. Syr. באמת *A.* [7] *C* Gr. Syr. שוכר *A.*

10 I Noli esse impatiens in oratione,
10 II et in eleemosyna ne moreris.
11 I Non contemnas hominem in amaritudine animae,
11 II memento, quod est, qui exaltat et humiliat.
12 I Noli arare iniuriam adversus fratrem
12 II neque in amicum et socium simul.
13 I Noli velle mentiri post mendacium,
13 II spes enim illius non est bona.
14 I Noli verbosus esse in conventu principum,
14 II et non iteres verbum in oratione.
16 I Non te reputes in viris populi,
16 II memento irae, quae non tardabit.
17 I Valde, valde humilia superbiam,
17 II quoniam spes hominis vermis.
17 II a Ne aegre feras dicendo: Calamitas!
17 II b Volve in Deum et approba viam eius.
18 I Ne commutes amicum pecunia,
18 II et fratrem carissimum auro Ophir.
19 I Noli contemnere mulierem sensatam,
19 II bonitas enim gratiae est super margaritas.
20 I Non laedas servum fideliter operantem,
20 II neque mercenarium dantem animam suam.
21 I Servum sensatum dilige quasi animam,
21 II non defraudes illum libertate.
22 I Pecora tibi sunt, ecce oculi tui!
22 II et si sunt utilia, retine illa.
23 I Filii tibi sunt, erudi illos,
23 II et sume illis mulieres in iuventute eorum.
24 I Filiae tibi sunt, serva corpus illarum,
24 II et non ostendas hilarem faciem ad illas.
25 I Educ filiam, et exibit molestia,
25 II et homini sensato conjunge illam.

---

8 אהוב *C.* 9 יסר *C.* 10 בנים *C.* 11 תאר *C.* 12 לדם *C.* 13 הוציא *C.*
14 *C.* נבון גבר *A contra grammaticam.* 15 זבדה *C.*

26 I	אִשָּׁה לְךָ אַל תִּתְעַבָּהָ	וּשְׁנוֹאָה אַל תַּאֲמֵן בָּהּ׃	*A.* 26 II
29 I	בְּכָל־לִבְךָ פְּחַד אֶל	וְאֶת־כֹּהֲנָיו הַקְדֵּישׁ׃	29 II
30 I	בְּכָל־מְאוֹדְךָ אֱהוֹב עוֹשֶׂךָ	וְאֶת־מִשְׁרְתָיו לֹא תַעֲזֹב׃	30 II
31 I	כַּבֵּד אֶל וַהֲדַר כֹּהֵן	וְתֵ[ן חֶ]לְקָם[1] כַּאֲשֶׁר צִוִּיתָה׃	31 II
31 III	לֶחֶם אַבִּירִים וּתְרוּמַת יָד	וְזִבְחֵי צֶדֶק וּתְרוּמַת קֹדֶשׁ׃	31 IV
32 I	וְגַם לְאֶבְ[יוֹן הוֹשִׁי]ט[2] יָדְךָ	לְמַעַן תִּשָּׁלֵם בִּרְכָתֶךָ׃	32 II
33 I	תֵּן מַתָּן לְכָפְנִי כָּל־חָי	וְגַם מֵמִית אַל תִּמְנַע חָסֶד׃	33 II
34 I	אַל תִּתְאַחַר מִבְּכִים	וְעִם אֲבֵלִים תִּתְאַבָּל׃	34 II
35 I	אַל תֶּאֱנַח לֵב מֵאוֹדֶב[3]	כִּי מִמֶּנּוּ תֵאָהֵב׃	35 II
36 I	בְּכָל־מַעֲשֶׂיךָ זְכוֹר אַחֲרִית	וּלְעוֹלָם לֹא תֵשְׁחֵת׃	36 II
1 I	8, אַל תָּרִיב עִם אִישׁ גָּדוֹל	לָמָּה תָּשׂוּב עַל יָדָו׃	1 II
1 IIa	אַל תָּרִיב עִם קָשֶׁה מִמֶּ[נְּךָ][4]	לָמָּה תִּפּוֹל בְּיָדָו׃	1 IIb
2 I	אַל תַּחֲרֹשׁ עַל אִישׁ לו[ן][5] הֵן	פֶּן יִשְׁקֹל מְחִירְךָ וְאָבְדָתָ׃	2 II
2 III	כִּי רַבִּים הִפְחִיז וָהֵבֶ	וְה[וֹא][6] יַשְׁגֶּה־לֵב נְ[דִיבִים][7]׃	2 IV
3 I	אַל תִּינָץ עִם אִישׁ לָשׁוֹן	וְאַל תִּתֵּן עַל אֵשׁ עֵץ׃	3 II
4 I	[אַל][8] תְּרַגֵּיל עִם אִישׁ אֱוִיל	פֶּן יָבוּז לִנְדִיבִים׃	4 II

[1] Supplevi ח ן ex Gr. et Syr. [2] Litteras in codice dilutas supplevi secundum Gr. et Syr. [3] Sic codex! [4] Syr. Litterae מך in codice dilutae sunt. [5] Gr. Syr. לא *A.* [6] Gr. Syr.; pro והן (Ad. Lé. Str. Kn.) spatium in *A* nimis magnum. [7] Litterae, quae in codice non iam legi

26 I Mulier tibi est, non detesteris illam,
26 II et odibili ne credas ei.
29 I In toto corde tuo time Deum,
29 II et sacerdotes illius sanctifica.
30 I In omni virtute tua dilige creatorem tuum,
30 II et ministros eius ne derelinquas.
31 I Honora Deum et honorifica sacerdotem,
31 II et da partem illorum, sicut mandatum est tibi,
31 III Panem fortium et datum brachiorum,
31 IV victimas iustitiae et sacrificium sanctificationis.
32 I Et pauperi quoque porrige manum,
32 II ut perficiatur benedictio tua.
33 I Da datum in conspectu omnis viventis,
33 II et mortuo quoque non prohibeas caritatem.
34 I Non desis plorantibus,
34 II et cum lugentibus luge.
35 I Ne subtrahas cor ab aegrotante,
35 II ab illo enim diligeris.
36 I In omnibus operibus tuis memorare novissima,
36 II et in aeternum non peccabis.
8, 1 I Non litiges cum homine potente;
1 II ad quid converteris contra manus eius?
1 IIa Non litiges cum potentiore te;
1 IIb ad quid incides in manus illius?
2 I Non contendas cum viro locuplete,
2 II ne forte solvat pretium tuum et pereas.
